Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36639
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



130
120

supra dixerat · uide & ne contempnatis unũ
& pusillis istis & adiecerat ·, si peccauerit
in te frater tuus uade & corripe eũ inter te & ipsum ·,
& premiũ ꝗ promiserat dicens ·, si duo ex uobis
consenserint super terrã de omni re in qua rogabunt
quam petierint & ego ero in medio eorum ·,
Prouocatus apostolus petrus interrogat quotiens
fratri in se peccanti dimittere debeat ·,
Et cum interrogatione profert sententiã usque
septies ·, Cui respondit dns non usque septies
sed usque septuagies septies ·, id est quadringentas
nonagintaouicibus ·, ut totiens peccanti
fratri dimittere sit In die quotiens ille peccare
non possit ·,

VI. Ideo ad similitudinem regnũ celorum
hominis regi qui uoluit rationem ponere
cum seruis suis ·, Familiare est sicut & maxime
palam est in his ad omnem sermonem suum
parabolas iungere · ut quod simplex pre
ceptũ teneri a auditoribus non potest · per simi
litudinem & exempli teneatur ·,

Hunc